



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

In Societatem adscribitur, sequuntur contubernales. n. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

## Historiæ Prouinciae Anglicanæ.

44

1575.

titiam, epulas, ac propè intemperantiam ipsam lœculi præstabiliorē assentes. Audiebat ista vir in fide nouus, iudicio canus, & facilè perspiciebat quā animi leuitate, quā egestate ingenij, quā mentis abiectione & dicerentur & fierent. At quibus armis ab hoste antiquo impellebatur ad ruinam, ijs se sustentabat ad gloriam. " Itane vero? Intra ipsa lacrosan etiæ vita claustra tanto cum discrimine confligitur, ut illi qui ijs gaudent Dei donis quibus maiora sunt nulla vix se aut nè vix quidem tueantur? quid in turbinibus lœculi, quid in fluctibus, qui ingentes sunt, sperandum? Eripiam me ocyus ab his procellis, & portum quem tenuero, nullâ mihi vi eripi, nullâ contumeliahâ patiar occupari) *Romam* itaque cum venisset exeunte iam maio, & se attentius suaque per aliquot hebdomadas inspexisset, nihil cunctandum arbitratus, *Mercuriano* Societatis Generali se offert, timidiusculè primū, tum deducetus in conclave, & sibi relictus, procumbens in genua, & Deo se totum tradens, tantâ animi lætitia redundauit, vt incunctanter suis omnibus se abdicarit bonis, & nullâ in posterum hæsitatione Societatis rationes complexus perpetuâ vixerit cum animi æquabilitate.

Sequuntur  
contuber-  
nales.

XIV. Dies quartus Iulij eius in Societatem cooptatione notatur; quamquam ipse alicubi diem vigesimum quintum, diuo *Iacobo* sacrum, memoret; quo fortè ad communem cum cæteris coniunctum fuerit admissus. At famæ quidem non legibus alis Patauium defertur *Personium* inter Societatis Tyrones esse conspectum: Id contubernialibus admirationem primū, mox recomperta non leuem consequendi cogitationem iniecit; *Lano* præfertim, quicum familiarius Oxonij vixerat, & prima deferendi Schismatis consilia habuerat communia. Sexto post mense sequitur: peractis probationibus missus Complutum, non diu superfluit; inter Theologica studia, laureâ, ut sperabatur, donatus cælesti: Etenim quemadmodum insigni cum sensu pietatis vitam instituerat, ita non minore cum opinione decepsit, pridie nonas maias, Anni septuagesimi noni. *Ateflos* le socium vtrique datus fune ferebatur, nisi præmaturè rebus humanis mors eum Patauij eripuisse. *Egidius* etiam *Gallopus*, licet Septembri in sequenti voti compos factus, breui concessit è viuis. Quod autem *Bombinus* hunc inter eos recenset qui vel morte pro fide obita, vel immensis pro Christo laboribus in Anglia exantlatis post inclaruite, error est nominis: Is honor potius *Thomæ Pondo* debetur, qui sub *Gallopi* vel *Vvallopi* & *Duce*, & *Haringtoni* appellationibus reperitur aliquando latere voluisse: de quo confessim; de *Vvestono* & *Garnetto* opportuniùs alio in loco dicetur.

Quid inter-  
rim in An-  
glia patun-  
tur Catho-  
lici ostendit  
ur in Thoma  
Pondo.

XV. Dum Pragæ *Campianus*, Romæ *Personius*, pietatis iste studiis, & diuinioris sapientiae, ille docendi muneribus exsplendis vacat, opportunum erit Angliam tantisper reuiscere, & in uno Christi iniuncto Athleta, tum hæreticorum in Catholicos pertinaces iras, tum horum in fide indefessam constantiam intueri: neq; enim illustrior esse potest aut illorum in vexando obfirmatio, aut horum in sustinendo perseverantia, aut deniq; aliorum mentis diuina quædam celitudo,